

nedum in exteriori habitu inordinate aliquid adripitur, ordinate et, quamquam licere poterant, admittantur. Cuius quoniam indumenti honor modesta actuum vivacitate servandum est, hortamur ut et cuncta ornamenta conveniant, quatenus, auctore Deo, recte, ut ubique, possit esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula in ipsa; si qua tortitudo illis iniecta est, dirigant in ea, quod immitterentur; aspiciant in ipsa se; semper considerando proficiant, ut tuum post deinde videatur esse bene quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quia temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa deiciant, sed, quicquid illud fuerit, virtute patientiae devincatur. Nullum apud te locum odia; nullum favor indiscretus inveniant dstrictum; mali cognoscant insontem apud te culpabilem; suggestio mala non faciat nocentem; te gratia excuset; remissum te delinquentibus non ostendas, ne, quod ultra non fueris perpetraris. Sit in te et boni pastoris dulcedo et iudicis severa districtio, unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos ferendos a pravitate compe-scas. Sed quoniam nonnumquam prepositorum zelus, dum dstrictus maiorum vult existere, transit in crudelitate correctio, iram iudicio refrena et censura disciplinae sic utere, ut et culpam ferias et a dilectione personarum, quas corrigis, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, operibus exhibe; oppressis defensio tua subve-niat; opprimentibus modeste [cor]rectio contradicat; nul-lius facie contra iustitiam accipias, nullum querentem iuste dispicias; custodia in te aequitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audire, nec pauperem de sua faciat humilitas despe-rare, quatenus, Deo miserante, talis possis existere, qualem sacra lectio precipit dicens: « Oportet episcopum irrepre-nhibilem esse ». Sed his omnibus uti salubriter poteris, si magistram caritatis habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce, frater ca-rissime, inter multa alia, ista sunt sacerdotii, ista sunt pallii, quae, si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiae suae protectione circumdet atque ita in